e-codices

Me eiuſ patriſ miſeret. qui cum iſtec ſciet facta ita amburet
Miſero ei corculum carbunculus Siquidem iſtec vera ſunt
Da Quid mercar q̄obrem mentiar. heuſ uos ecquiſ haſce aperit
The Quid ita pultas vbi nemo intus eſt alio credo comessatuz
Abiſſe. Da abeamus nunc iam. The puere iam ne abiſ
Libertaſ penula eſt tergo tuo. Da mihi: niſi herum
Vt metuam & curem nihil eſt q̄ tergum tegam.,

THEVROPIDES. SIMO. senes duo.

Peri hercle quid opus eſt uerbiſ ut audio
Non equidem in egiptum hinc mō uectus
Fui. ſed et in terras ſolas oraſq; ultimas.
Sum circumuectus ita ubi nunc ſim neſcio
Verum iam ibo nam eccum unde ædiſ filius
Meuſ emit. quid aiſ tu. Si á foro incedo domum.
The Nunquid proceſſit ad forum hodie novi.
Si Etiam. The quid tandem: Si uidi efferri mortuū. The hem
Nouum unum uidi efferri mortuum foras,
Modo uixiſſe eum aiebant. The ue capiti tuo
Si Quid tu vt ociosus reſ nouas requiritaſ.
The Quia hodie adueni peregre promi foras
Si Ad cenam ne me tu euocare cenſeaſ. The haud poſtulo edepol
Verum cras n̄ priuſ euocauerit me apud te cenauero
Si Ne iſtuc quidem edepol poſtulo. The niſi quid magiſ
Eſ occupatuſ operā mihi da maxure minaſ triginta
Accepiſti qī iam a philolachete. Si nunq̄ nūmuz qd ſciam
The Quid á tranione ſeruo. Si multo id minus
The Quaſ arraboni tibi dedit. Si quid ſomnias.
The Ego ne. Si at quidem tu. The qui iſtoc te ſperaſ mō
Poteſſe diſſimulando infectum hoc reddere.
Si Quid autem. The quod me abſente hic filius
Negocij geſſit. Si meum ut ille hic geſſerit
Dum tu hinc abeſ negocij: quid nam aut quo die.
The Minas tibi octoginta argenti debeo. Si nō mihi q̄dem hercle
Verum ſi debeſ cedo fideſ ſeruanda eſt. ne ire inficias poſtules
The Profecto non negabo debere & dabo tu caue quadraginta
Accepiſſe hinc ne neges. Si queſo edepol huc me aſpecta

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20119v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20119v)